

otros, Venerables Hermanos y Amados Hijos, y á los pueblos encomendados á vuestra fé y cuidado, impartimos afectuosamente en el Señor la bendicion Apostólica.

Dado en San Pedro de Roma, á los 22 dias del mes de Abril del año de 1882, quinto de Nuestro Pontificado.—LEON XIII, PAPA.

(Traduccion de los EE.).

lecti Filii, et populis curae fideique vestrae concreditae Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impartimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXII Aprilis A. MDCCCLXXXII, Pontificatus Nostri Anno Quinto.—LEO PP. XIII.

A Nuestro Amado Hijo el Cardenal Presbítero Mac Cabe de la S. R. I., Arzobispo de Dublin, y á Nuestros Venerables Hermanos los Obispos de Irlanda,

LEON PAPA XIII.

AMADO HIJO NUESTRO Y VENERABLES HERMANOS,
SALUD Y BENDICION APOSTÓLICA.

El amor que sentimos por Irlanda, amor que ha aumentado con lo difícil de los tiempos, Nos obliga á seguir con singular cuidado y con paternal ánimo

Dilecto Filio Nostro S. R. E. Presbytero Cardinali Mac-Cabe, Archiepiscopo Dublinensi, et Venerabilibus Fratribus Hiberniae Episcopis,

LEO PP. XIII.

DILECTE FILI NOSTER ET VENERABILES FRATRES, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDITIONEM.

Benevolentiae caritas, qua Hibernos complectimur, et cuius augere vim haec ipsa temporum difficultas videtur, Nos adducit, ut rerum vestrarum cursum singulari cura

el curso de vuestros asuntos. De la consideracion de vuestras cosas sacamos más bien cuidados que consuelo, porque en realidad las cosas públicas no andan entre vosotros tan florecientes como deseamos.

Pues de un lado encontramos hechos graves que afligen el ánimo; del otro la pasion, moviendo los ánimos, los arrastra á turbulencias censurables; y no ha faltado quienes dieran bárbara muerte á semejantes suyos, como si la esperanza de la felicidad pública pudiera cifrarse en los crímenes.

Por todo esto, vosotros, querido hijo, venerables hermanos, animados de no menor solicitud que Nos, hace poco celebrasteis una reunion en Dublin, cuyos decretos que disteis hemos visto. Honradamente enseñasteis el medio de alcanzar la salud comun, y lo que es necesario evitar en tan triste momento, en medio de las actuales contiendas.

paternoque animo sequamur. Ex qua tamen cogitatione plus sollicitudinis, quam solatii capimus, quod nondum apud vos rem publicam videre liceat eo, quo vellemus, statu pacatam atque florentem. Nam ex una parte, gravia premunt adhuc incommoda: ex altera, anceps animorum motus ad turbulenta consilia complures temere rapit: nec defuere, qui atroci se hominum caede polluerent, quasi fieri possit ut spes felicitatis publicae in dedecore flagitioque reperiatur.

Harum rerum caussa, Vos, dilecte Fili Noster, Venerabiles Fratres, non minore quam Nos sollicitudine affectos et antea cognoveramus, et nuper etiam perspeximus ex iis, quae a Vobis in postremo conventu Dublinensi decreta sunt. Communis enim salutis trepidi probe docuistis, quid quemque in tam acri momento, in medioque certamine

En lo cual obrasteis rectamente y de un modo conveniente el cargo episcopal y á la cosa pública. Entónces los hombres tienen mayor necesidad del consejo de sus Prelados, cuando más inminente es el peligro de obrar movidos por una pasión muy vehemente ó por un falso juicio. En estos casos, cuando con ímpetu violento presciden los hombres de la honradez, pertenece á los Obispos calmar los irritados ánimos de la multitud y hacerla volver á los senderos de la justicia y á la necesaria moderación en todas las cosas. Con admirable oportunidad recordasteis aquel divino precepto: "Es necesario buscar en primer lugar el reino de Dios y su justicia," en el cual se manda al cristiano buscar en todas las acciones de la vida y también en las cosas públicas su eterna salvación, y subordinar á la Religión todos las demás cosas mortales.

En realidad, guardados estos preceptos, lici-

vitare oporteat. In quo sane et convenienter muneri episcopali et e re publica fecistis. Homines enim tunc maxime antistitum suorum indigent consilio, cum, vehementiore aliqua cupiditate acti, emolumenta rerum fallacibus iudiciis vident: ac si quando ad relinquendam honestatem velut impetu quodam feruntur, Episcoporum est, incitatos multitudinis animos temperare, et ad iustitiam necessariamque in omnibus rebus moderationem tempestivis hortationibus revocare. Illud vero optima opportunitate commemoratum a Vobis est divinum praeceptum, quaerendum primum oportere regnum Dei et iustitiam eius: quo iubentur christiani in omni vitae actione atque adeo in civicis etiam rebus salutem suam sempiternam respicere, et prae religione officii mortalia omnia minoris ducere. Haec qui-

to es á los irlandeses buscar alivio á su afflictiva situación; lícito les es defender su derecho; y no ha de creerse que lo que es lícito á las demás gentes, no es lícito á los irlandeses. Perjudica notablemente á la honestidad de una causa justa el que sea defendida por medios no justos. Ciertamente carecen de justicia, no ya toda violencia, sino también las sociedades secretas, que, con el pretexto de defender el derecho, lo evaden continuamente para alterar el estado de las cosas públicas.

De estas sociedades deben huir todos los hombres honrados, como repetidas veces Nuestros predecesores, Nos mismo, y también vosotros en la reunión de Dublin oportunamente habeis enseñado. Señalando estos peligros, debeis siempre emplear vuestra vigilancia en advertir á los irlandeses todos, que por la santidad del nombre católico y

dem praescripta servantes, fas est Hibernos fortunae suae afflictiae levationem quaerere: fas est et pro iure suo contendere: neque enim existimandum, quod singulis gentibus licet, Hiberniae non licere. Verumtamen honestate dirigenda utilitas est, ac serio considerandum, causam quantumvis justam turpe esse tueri non iuste. Abest vero iustitia cum ab omni vi, tum maxime a societatibus clandestinis, quae per speciem vindicandi iuris illuc ferme evadunt, ut rerum publicarum permoveant statum. Illae quidem quanta animi provisione honesto cuique viro fugiendae sint, sicut non semel Decessores Nostri, Nosque ipsi, ita Vos in conventu Dublinensi opportune monuistis. Nihilominus, his manentibus periculis, erit vigilantiae vestrae idem saepe praecipere, Hibernos universos per sanctitatem catholici nominis, perque ipsam patriae caritatem

áun por el amor de su misma patria, nada tengan de comun con este género de sociedades, las cuales para aquello que el pueblo pide con justicia, nada pueden aprovechar, y no pocas veces obligan á cometer crímenes que de otro modo no se cometerían. Queriendo los irlandeses no en vano llamarse católicos, esto es, como dice San Agustín, *integritatis custodes et recta sectantes*, obren con arreglo á su nombre, y en la defensa de sus cosas procuren ser lo que se llaman.

Recuerden *primam esse libertatem carere criminibus*, y de tal modo obren en todos los actos de su vida, que nadie pueda aplicar á ninguno de ellos las penas establecidas por las leyes, *ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor*.

Justo es que en el ejercicio de vuestros pastorales cuidados os ayude el clero todo con su virtud,

hortando, nihil ut sibi commune esse velint cum huius generis societatibus: quae et ad ea, quae populus iure petit, nihil prodesse possunt, et nimis saepe ad delinquendum impellunt quos illecebris suis incenderunt. Cum Hiberni homines gestiant, neque id immerito, *catholicos* appellari, quod est, uti Augustinus interpretatur, *integritatis custodes et recta sectantes* (Lib. "De Vera Religione," n. 9.), impleant mensuram nominis, et in ipsa rerum suarum defensione studeant esse quod dicuntur. Meminerint *primam esse libertatem carere criminibus* (S. Augustinus, Tract. xli. in Ioan., n. 10.), seque in omni vita sic gerant, ut statutas legibus poenas nemo ipsorum luat *ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor* (1 Pet. iv. 15).

Par est autem, vestras in populo regendo episcopales

con sus trabajos, con su influencia. Por esto juzgamos recto y conveniente en estos tiempos lo que habeis creído de vuestro deber establecer, singularmente respecto de los sacerdotes jóvenes. En realidad, en estas circunstancias, áun más que en otras, es necesario que el clero sea cuidadoso y laborioso y cumpla las órdenes de sus superiores.

Y por cuanto á medida del buen nombre, así es la influencia social de uno, debe el clero procurar merecer la aprobacion de los hombres por la gravedad, consecuencia y moderacion de sus dichos y de sus hechos, y no hacer nada que con prudencia y estudio no conduzca á aplacar los ánimos. Fácilmente se entiende que así será el clero, cual lo pide la razon de los tiempos, si fuere constituido con arreglo á la sabia disciplina y á los mejores preceptos. Pues como enseñaron los Padres del Concilio de Trento, *adolescentium aetas, nisi a tene-*

curas Cleri totius adiuvari virtute, labore, industria. Quam ad rem quae de sacerdotibus praesertim iunioribus constituenda censuistis, recta et convenientia temporibus iudicamus. Etenim sacerdotes, si unquam alias, certe in istis procellis popularibus solertes et operosos conservandi ordinis auditores esse necesse est. Et quia ut optima quisque opinione floret, ita in aliorum animos maxime potest, eniti debent ut approbationem hominum moveant gravitate, constantia, moderatione factorum atque dictorum: nec vero agere quidquam, quod a prudentia aut a studio placandorum animorum alienum videatur. Facile autem intelligitur, talem fore Clerum, qualem temporum ratio postulat, si sapienti disciplina optimisque praeceptis fuerit mature institutus. Nam, ut Patres Tridentini monuerunt,

ris annis ad pietatem et religionem informetur, nunquam perfecte ac sine maximo ac singulari propemodum Dei omnipotentis auxilio in disciplina ecclesiastica perseverat.

Si nadie se aparta de estos caminos, estamos seguros de que Irlanda verá cambiada en próspera la actual situación. Pues, como otras veces os hemos dicho, confiamos que serán oídas las súplicas de los irlandeses, si son dirigidas á los que presiden la administración de las cosas públicas. Esto no solo lo persuade la verdad, sino que la misma prudencia política exige que se obre con justicia, ya que es imposible desconocer que la situación de Irlanda está enlazada con la tranquilidad de todo el imperio.

Mientras tanto, Nos, fundado en esta esperanza, exhortamos á los irlandeses á que sigan la autori-

adolescentium aetas, nisi a teneris annis ad pietatem et religionem informetur, nunquam perfecte ac sine maximo ac singulari propemodum Dei omnipotentis auxilio in disciplina ecclesiastica perseverat (Sess. xxiii. "De Reform." cap. 18).

Hac via et ratione futurum arbitramur, ut Hibernia prosperam rerum conditionem, quam expetit, nemine violando, consequatur. Etenim, sicut alias Vobis significavimus, Hibernis aequa postulanti bus satis facturos, qui rerum publicarum administrationi praesunt, confidimus. Quod non solum veritas suadet, sed spectata etiam ipsorum prudentia civilis, cum dubitari non possit Hiberniae incolumitatem cum tranquillitate totius imperii esse coniunctam. Nos interim hac spe adducti minime intermitteremus Hibernam gentem consiliorum Nostrorum auctoritate iu-

dad de Nuestros consejos, y á que con amor y confianza eleven sus preces á Dios, para que los mire propiciamente y les devuelva la paz y la prosperidad tan deseadas.

En prenda de los celestiales favores, y en prueba de Nuestra benevolencia con vosotros, querido hijo, venerables hermanos, os damos de lo íntimo de Nuestro corazón la bendición apostólica, así como al clero y pueblo fiel de vuestras diócesis.

Dado en Roma, en San Pedro, el 1º de Agosto de 1882, año quinto de Nuestro Pontificado.

LEON PAPA XIII.

(Traducción de *El Imparcial*).

vare, et incensas studio et caritate preces ad Deum fundere, ut populum tot iam virtutum nobilitatum laude propitius respiciat, compositisque fluctibus, optata tandem pace et prosperitate muneretur. Horum autem caelestium munerum auspicem et praecipuae benevolentiae Nostrae testem Vobis, Dilecte Fili Noster, Venerabiles Fratres, Clero ac populo universo Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 1 Augusti An. MDCCCLXXXII. Pontificatus Nostri anno quinto.

LEO PP. XIII.

A Nuestros Venerables Hermanos, Enrique Eduardo Manning, Cardenal Presbítero de la S. R. I., del título de S. Andrés y S. Gregorio en el Monte Celio, Arzobispo de Westminster, y demás Obispos de Inglaterra,

LEON PAPA XIII.

VENERABLES HERMANOS, SALUD Y BENDICION APOSTÓLICA.

Vuestra probada fidelidad y vuestra especial adhesión á la Santa Sede, brillan con admirable esplendor en la carta colectiva que últimamente Nos habeis dirigido. Pero Nuestro placer al recibirla ha aumentado todavía, porque dicha carta confirma lo que sabemos ya, esto es, con cuánta vigilancia aplicais vuestros pensamientos á una cuestión que nunca deberá excitar bastante los cuidados de todos. Nos referimos á la educación de los hijos de Inglaterra, sobre la cual habeis tomado,

Venerabilibus Fratribus, Henrico Eduardo Titulo S. S. Andreae et Gregorii in Monte Coelio S. R. E. Presbytero Cardinali Manning Archiepiscopo Westmonasteriensi, ceterisque Angliae Episcopis,

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDITIONEM.

Spectata fides et singularis in hanc Sedem Apostolicam pietas vestra mirabiliter elucet in communibus litteris quas a Vobis proxime accepimus. Quae quidem multo gratiores ob hanc causam Nobis accidunt, quod praeclare confirmant id quod probe cognoveramus, magnam partem vigiliarum cogitationumque vestrarum in re versari de qua nullae propemodum curae possunt esse tantae, quin majores pro ea suspiciendas putemus. Christianam intelligimus adolescentulorum vestrorum institutionem, de qua

de comun acuerdo, resoluciones que habeis puesto en Nuestro conocimiento.

En una obra de tanta importancia Nos nos regocijamos de ver que no trabajais solos, porque no ignoramos cuánto debe esta obra al celo de todo vuestro clero, que al mismo tiempo que con la mayor caridad y los más indomables esfuerzos ha provisto de escuelas á los niños, trabaja con una diligencia y asiduidad admirables en su enseñanza, esto es, en formarlos para la vida cristiana y en inculcarles todos los elementos del saber. Así pues, con todas las excitaciones que Nuestra voz puede añadir y los elogios merecidos que puede conceder, os encargamos que vuestros Sacerdotes sigan mereciendo bien de la infancia y gocen de Nuestros aplausos y de Nuestra benevolencia, esperando mayor recompensa de parte de Dios Nuestro Señor, por cuya causa trabajan con tanto esfuerzo.

nuper, collatis consiliis, nonnulla decrevistis utiliter, et ad Nos referendum censuistis.

Ea vero Nobis est perjudicanda cogitatio in opere tanti momenti, Vos, Venerabiles Fratres, non elaborare solos. Neque enim sumus nescii quantum in hac parte universo Presbyterorum vestrorum ordini debeatur; qui scholas pueris aperiendas caritate summa et invicto a difficultatibus animo curaverunt: iidemque, docendi munere suscepto, in fingenda ad Christianos mores et primordia litterarum juventute ponunt operam suam industria et assiduitate mirabili. Quam ob rem, quantum vox Nostra potest vel incitamenti addere, vel debitae laudis tribuere, pergant Clerici vestri bene de pueritia mereri, ac fruantur commendatione benevolentiaque Nostra singulari, longe majora a Domino Deo, cujus causa desudant, expectantes.

La generosidad que los católicos muestran en esta cuestión de las escuelas, no es ménos digna de elogio. Pues sabemos con qué empeño tienen costumbre de dar lo que se necesita para el sostenimiento de las escuelas; lo que hacen no solo los ricos, sino los que disponen solo de medios modestos, y aún los pobres. Sí, es hermoso, es verdaderamente grande ver que los pobres se privan de algo para contribuir voluntariamente á los gastos de la educacion de la infancia.

En nuestros dias y en la condicion actual del mundo, en que la tierna edad de la infancia está amenazada por todas partes de tan numerosos y de tan graves peligros, no puede imaginarse nada más oportuno que unir la educacion literaria á la verdadera enseñanza de la fé y de la moral.

Por esto hemos declarado más de una vez que aprobamos calurosamente las escuelas llamadas li-

Neque minore commendatione dignam judicamus Catholicorum in eodem genere beneficentiam. Siquidem novimus solere ipsos, quidquid in scholarum tuitionem opus est, alacri voluntate suppeditare: neque id eos facere solum, quibus major est census, sed tenues etiam atque inopes; quos quidem pulchrum et permagnum est, saepe in ipsa egestate nancisci quod in puerilem institutionem libentes conferant.

Profecto his temporibus ac moribus, cum ingenuae puerorum aetatae tot pericula undique impendeant tamque varia, vix quidquam cogitari potest opportunius, quam ut institutio litteraria cum germana fidei morumque doctrina jungatur. Idcirco scholas ejusmodi quas appellant *liberas*, in Gallia, in Belgio, in America, in coloniis Imperii

bres, que gracias á los esfuerzos y á la generosidad de los particulares se han establecido en Francia, en Bélgica, en América y en las colonias del imperio británico. Deseamos que estas escuelas aumenten en número y que prosperen por la cifra de sus alumnos. Nos mismo, viendo la situacion de las cosas en esta ciudad de Roma, no cesamos, con los mayores esfuerzos y con todo género de sacrificios, de proveer á los niños romanos de abundantes escuelas de este género. Porque en estas escuelas y por estas escuelas, la fé católica, nuestra mayor y mejor herencia, se conservará íntegramente.

Además, con estas escuelas queda á cubierto la libertad de los padres; y—cosa muy necesaria, principalmente en medio de la actual licencia de opiniones y de actos,—por medio de estas escuelas se forman buenos ciudadanos para el Estado; pues no hay mejor ciudadano que el hombre que

Britannici privatorum opera et liberalitate constitutas, probari Nobis vehementer non semel diximus, easque, quantum fieri potest, augeri atque alumnorum frequentia florere cupimus. Nosque ipsi, spectata rerum Urbanarum conditione, curare summo studio ac magnis sumptibus non desistimus, ut harum scholarum copia Romanis pueris abunde suppetat. In eis enim et per eas conservatur illa, quam a majoribus nostris accepimus, maxima atque optima hereditas, nimirum fidei catholicae incolunitas; praetereaque parentum libertati consulitur; et quod est in tanta praesertim sententiarum actionumque licentia maxime necessarium, bona civium soboles reipublicae educitur; nemo enim melior quam qui fidem Christianam opinione

crea y practica la fé cristiana desde la infancia. El principio y la semilla, por decirlo así, de esta perfeccion humana que Jesucristo divinamenta dispuso para el género humano, se encuentra en la educacion cristiana de la infancia, dependiendo casi exclusivamente la condicion futura de los Estados, de la primera educacion de sus hijos. Así que, toda la antigua sabiduría y los fundamentos mismos de la sociedad vense terriblemente amenazados por el funesto error de los que se empeñan en educar á la niñez sin principios religiosos. Por donde ya comprendéis, venerables hermanos, con qué desvelo deben los padres preservar á sus hijos de las escuelas en que no puedan recibir enseñanza religiosa.

Por lo que hace á vuestra patria, á la Gran Bretaña, sabemos que, siguiendo vuestro ejemplo, muchos de vuestros compatriotas se preocupan

et moribus a pueritia complexus est. Initia et quasi semina totius humanitatis, quam Iesus Christus hominum generi divinitus peperit, in Christiana adolescentulorum educatione consistunt: propterea quod non fere aliæ futuræ sunt civitates, quam quos prima institutio pueros conformarit. Delet igitur omnem sapientiam veterem, ipsisque civitatum fundamentis labem affert, perniciosus error eorum qui puerilem aetatem malunt sine ulla institutione religiosa adolescere. Ex quo intelligitis, Venerabiles Fratres, quanta animi provisione cavere patresfamilias oporteat, ne liberos suos iis committant ludis litterariis in quibus praecepta religionis non queant accipere.

Ad Britanniam vestram quod attinet, id Nobis est cognitum, non modo Vos, sed generatim plurimos e gente

mucho en esta cuestion de la educacion religiosa. Bien que no en todo están de acuerdo con nosotros, ven, sin embargo, cuán importante es para la sociedad y para el individuo la conservacion de esa sabiduría cristiana que vuestros antepasados recibieron de Nuestro predecesor Gregorio el Grande y de San Agustin, sabiduría que las violentas tempestades que surgieron, no pudieron destruir enteramente.

Sabemos que hay hoy muchos sujetos de excelentes disposiciones de espíritu, que trabajan diligentemente en conservar lo que pueden de la antigua fé y producen no escasos frutos de caridad. Cada vez que Nos pensamos en estas cosas, Nos conmovemos profundamente; pues amamos con caridad paternal esa que con razon ha sido llamada Isla de los Santos; y en esas buenas disposiciones de que hablamos, ciframos Nuestra mayor

vestra, de erudiendis ad religionem pueris non mediocriter esse sollicitos. Quamvis enim non omni ex parte Nobiscum consentiant, intelligunt tamen quanti vel privatim vel publice intersit non interire patrimonium sapientiae Christianae, quod a Gregorio Magno, decessore Nostro, per Beatum Augustinum accepere proavi vestri, quodque vehementes, quae postea consecutae sunt, tempestates non omnino dissiparunt. Scimus esse hodieque complures excellenti animorum habitu, qui fidem avitam retinere, quoad possunt, diligenter student, neque raros aut exiguos edunt caritatis fructus. De qua re quoties cogitamus, toties commovemur: prosequimur enim caritate paterna istam, quae non immerito appellata est altrix Sanctorum Insula; atque in eo, quem diximus, animorum habitu videmus spem

esperanza, y descubrimos una prenda de salvacion y de prosperidad para la nacion británica.

Continuad, pues, Venerables Hermanos, prestando á los niños vuestra principal atencion; llevad á todas partes vuestra influencia episcopal; cultivad con alegría y esperanza todas las buenas semillas que encontréis; y Dios, rico en misericordias, las desarrollará.

Como prenda de los dones de lo alto y en testimonio de Nuestra benevolencia Nos os concedemos con amor en el Señor, á vosotros, al Clero y al pueblo confiado á los cuidados de cada uno de vosotros, la bendicion apostólica.

“Dado en Roma, en San Pedro, el 27 de Noviembre de 1885, octavo de Nuestro Pontificado.

LEON PAPA XIII.

(Traduccion publicada por *El Tiempo*).

maximam et quoddam quasi pignus esse positum salutis prosperitatisque Britannorum. Quapropter perseverate, Venerabiles Fratres, curam praecipuam de adolescentia gerere; urgete in omnes partes episcopale opus vestrum, et quaecumque intelligitis esse bona semina cum alacritate et fiducia colite: dives autem in misericordia Deus incrementum dabit.

Caelestium munerum auspicem benevolentiaeque Nostrae testem, Vobis et clero populoque unicuique Vestrum commisso Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXVII Novembris anno MDCCCLXXXV., Pontificatus Nostri Octavo.

LEO PP. XIII.

V.

ULTIMA ENCICLICA DE SU SANTIDAD,
QUE ES
A LOS OBISPOS DE HUNGRIA.